

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dissertationes refutatoriae synodalis ab Heinrico Heideggero professore Tigurino adversus sacras**

**Reding, Augustin**

**Monasterii Einsidlensis, 1669**

Dissertatio VIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-162659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-162659)

## DISSERTATIO VIII.

*Quo argumento Theologico liquere possit, quod apparitio illa verè Divina fuerit, vel potius humana, si de diabolica?*

**I.** Heideggerus §. 18. ita habet. Sed largiamur tantisper, rem ita, ut Conradus narrabat, gestam esse: con- tendo tamen, fide Divinâ, seu Theologi- câ non liquere, utrum apparitio illa ve- rè Divina fuerit, an non potius humana, vel alia quævis. Etenim ipsum sathanam Angelum lucis se ementiri posse, non tantum scriptura testificatur, sed e- tiam tristes experientia dubitare non si- nit. In propatulo sunt infinitæ fraudes, & sathanæ ludibria, quibus sapius mise- ri mortales, qui posthabito Dei Verbo, maluerunt inania, & nubes prensare, circumducti sunt. Loco omnium nobis esto Bernensium Dominicanorum acta superiori sæculo tragœdia, quæ ludos dedit ad æternam Ordinis illius infami- am pertinentes. D 5 II. Re-

II. Rectè monet Heideggerus, cautè agendum esse in discernendis apparitionibus, cùm sathanas se quandoque transfiguret in Angelum lucis. Certè Zwinglius *lib. de Supplem. Evcharist.* narrat, anxie cogitanti sibi, quomodo verba institutionis Sacramenti Corporis Christi exponeret, intempestâ 13. Aprilis nocte spiritum monitorem adfuisse, sed ambigere, utrùm albus, vel ater fuerit. Ah! quàm difficilis isti Tigurino Reformatori fuit Discretio spirituum! Sed majorem spiritûs discernendi facilitatem habuit Calvinus. Hic enim *Epist. ad Buzerum*, monentem, ut convitijs & maledictis abstineret, respondit, non sui ingenij esse morbum, sed sui genij. Sed omnium maximè clarus sui spiritûs discretor fuit Lutherus *lib. de Missâ angulari* testatus, quòd diabolus familiariter nôrit, & plus uno salis modio cum ipso comederit, dulciquè alloquio secum conversatus fuerit; imò noctè excitârit se, atque stimulârit, ut contra Missam scri-

scriberet, & ad eam rem argumenta suppeditasse. En Heideggere promptā malorum spirituum discretionem! Sed laborandum nobis erit circa Sacelli Einsidensis Consecrationē, ut ab Angelicis sanctis spiritibus, ipsoquē Christo Domino, non verò à dæmone factam, agnoscamus.

III. Sancti Patres præcipuam spiritus, eorumquē apparitiones dignoscendi rationem desumi volunt ab effectibus, an verum Dei cultum promoveant, sintque radicati in verâ Orthodoxâ fidei doctrinâ? At si fructus ac effectus ex caelesti Einsidensis Sacelli Consecratione exortos perpendas, invenies primò, præcipuum fructum esse Missæ sacrificij inibi frequentati. Hoc autem sacrificium esse fundatum in verâ & Orthodoxâ fidei doctrinâ, testantur non tantum sancti Patres, speciatim Ambrosius *Prepar. ad Missam*. Chrysostomus *lib. 6. cap. 4. de Sacerd. dignit.* Hieronymus *in cap. 1. ad Titum*. Augustinus *q. 57. in Levit. & cap. 109.*

D 6

item

item cap. 110. *Enchir. ad Laurent. ac Sermon.*  
 34. *de Verb. Apost.* Sed ipsemet Zwinglius  
*Epische. de Can. Missæ.* Calvinus *Instit. lib. 5.*  
*cap. 8. sect. 10.* Bulling. *Decad. 5. Sermon. 9. S. Pro*  
*mortuis.* Confessio Helvetiæ *cap. 21.* faten-  
 tur, veterem Ecclesiam credidisse, Mis-  
 sam verum esse, & propriè dictum pro  
 vivis & mortuis salubre sacrificium.  
 Cùm igitur Calvino *Instit. lib. 1. cap. 11.*  
*sect. 13.* Breitingero *Opusc. de sect. pag. 27.*  
 Danzio *pag. 5. Epist. ad Georgium.* Philippo  
 Melancth. *lib. 3. Chron. Car. in vitâ Theod. pri-*  
*mi.* Bullingero *cap. 7. primæ part. advers.*  
 Brent. Peucero *lib. 4. Chron. Car. De rebus.*  
*Ecclesiæ. pag. 145.* Kechermannno *lib. 3. cap. 14.*  
*system. Logici,* testibus, Sancti veteris Ec-  
 clesiæ Doctores ad quingentesimum,  
 vel sexcentesimalium, aut septingentesi-  
 mum, ut ipsi ajunt, annum, speciatim  
 Chrysostronus, Ambrosius, Augustinus,  
 Hieronymus, &c. in purâ Verbi Divi-  
 ni veritate & doctrinâ perstiterint, con-  
 sequens est, illum Missæ Sacrificij pro  
 vivis & defunctis in Sacello Einsidensi  
 fru-

ctum, esse veræ Christi Doctrinæ conformem.

Invenies 2. in illo loco sacro à fidelibus frequentari sacram Cõmunionem, præmissâ sacramentali Confessione. At hoc veteris Ecclesiæ Orthodoxæ doctrinæ conforme esse, testantur præter alios Patres, non tantum S. Cyprian. *Serm. 5. De laps.* & S. August. *cap. 10. de Pœnit.* sed etiam Calvinus *Instit. lib. 3. cap. 4. sect. 7.* Bullingerus *Serm. de dignè & indignè manducant.* differens in hæc verba: *Agnosco equidem, in veteri Ecclesiâ, receptum fuisse, ut communicaturi confiterentur prius Sacerdoti pœnitentiario.* En igitur secundum in Sacello Einsidlensi frequentatum fructum, in veteri, atque adeò secundum ipsosmet Reformatos Doctores, verâ & Orthodoxâ Verbi Dei doctrinâ fundatum.

Invenies 3. A Sacelli Einsidlensis Divinitus consecrati tempore crevisse, & hætenus conservatum fuisse numerum Religiosorum vota monastica profitentium. At Calvinus *Instit. lib. 4. cap. 13. sect. 9.*  
16. &

16. & 17. fatetur, monasticam vitam cum votis eidem annexis frequentatam fuisse antiquitus, ac speciatim probari à S. Augustino. En igitur, tertium fructum in veteris Ecclesiæ Doctrinâ, atq; adeò secundùm ipsosmet Reformatos Doctores, verâ & Orthodoxâ esse radicatum.

Invenies 4. A tempore illius Divinæ Consecrationis in Sacello Einsidlensi vel maximè frequentatam fuisse Sanctorû, Beatissimæ præsertim Virginis, invocationem, seu intercessionem. At istam in veteri Ecclesiâ à Sanctis Patribus, speciatim S. Hieronymo cultam esse, constat ex ipsâ quoque Reformatorum Doctorum Zwinglij Epich. de Can. Missæ. Bezæ advers. 3. p. lib. Brent. in sine. Molinæi cap. 24. de invoc. sanct. Clyp. fid. pag. 257. confessione. En igitur quartum fructum in veteris Ecclesiæ, ac proinde Orthodoxâ & verâ Verbi Dei doctrinâ fundatum.

Invenies 5. In illo Divinitus consecrato Sacello frequentari suffragia pro defun-

defunctis, seu animabus in purgatorio detentis. At Zwinglius *Epich. de Can. Missa*. Bullingerus *Decad. 4. serm. 9. S. Pro mortuis. & serm. 10. S. Hi ipsi*. Calvinus *Instit. lib. 3. cap. 5. sect. 10* Petrus Molinaeus *cap. 24. De purgatorio. Clys. fid. pag. 292*. testantur, Patres veteris Ecclesiæ, præsertim quarti & quinti sæculi, in quibus secundum Reformatorum Doctorum confessionem vigeat vera, Orthodoxa, & integra fides, tradidisse doctrinam de purgatorio, & oblationibus, seu suffragiis defunctorum. En igitur quintum à Reformatis quidem Doctoribus eliminatum, veræ tamen, & Orthodoxæ doctrinæ fructum in Sacello Einsidleni frequentatum.

Invenies 6. Illam Divinam Einsidlenis Sacelli Consecrationem esse à Romano Pontifice Leone VIII. ejusquæ pluribus infra numerandis Successoribus, approbatam. At ipsimet Reformati Doctores, nominatim Bullingerus *Decad. 5. serm. 1. S. Posterius. & serm. 2. S. Liberè*. Pilanus *thes.*



*thes. 66. cap. 18. Sym. Pat. Scharpius Curs.*  
*Theol. lib. de cap. Eccles. Militant. q. 5. resp. 1. ad*  
*object. 1. & lib. de S. Scrip. cont. 8. cap. De inter-*  
*pret. S. Script. Resp. 1. ad object. 17. Scultet.*  
*Medull. Pat. cap. 16. synt. doct. Albanasij. Brei-*  
*tingerus Opusc. De sect. Ital. vers. pag. 28.*  
*Danzii Epist. ad Georgium. pag. 17. faten-*  
 tur, veterem Romanam Ecclesiam seu  
 Doctrinam jam ipsorummet Apostolo-  
 rum ætate, & per quingentos ab eo tem-  
 pore annos, ad Divi nempe Gregorij us-  
 que Pontificatum inclusive, per totum  
 terrarum orbem non claram solum,  
 conspicuam, & illustrem fuisse, verum  
 Orthodoxam etiam, catholicam, Apo-  
 stolicam, certamq; Pastorum successio-  
 nem magni in primitivâ Ecclesiâ mo-  
 menti fuisse. Unde præallegati Refor-  
 mati Doctores profitentur etiam, se non  
 solum amatuos Romanam Ecclesiam,  
 sed etiam statim se se ad illam denuò ag-  
 gregatuos, si ille idem in Deum cultus,  
 eadem Religio, atque fides hodiernâ die  
 in Ecclesiâ Romanâ locum haberet, vi-  
 geret,

geret, & tractaretur, uti fuit & floruit in veteri illâ primorum quinque sæculorum Ecclesiâ. Constat autem ex dictis, eundem Dei cultum, eandemquè Religionem in Sacrificio Missæ; in Communionem & Confessione Sacramentali, in vitâ ac votis Monasticis, in Sanctorum invocatione, in suffragijs pro defunctis in purgatorio detentis, & alijs omnibus (veluti ex ipsismet Reformatorum Doctorum libris efficaciter probat Ioânes Georgius Rhœtus in Face Veritatis triginta Conversionis suæ rationibus siue Ecclesiæ veræ notis illustratâ) hodie in Ecclesiâ Romanâ, & in Sacello Einsidensi teneri, quemadmodum ipsis quoq; Reformatis supra allegatis Doctoribus fatentibus, habitus & celebratus fuit in primitivâ quinque sæculorum Ecclesiâ. Vides igitur, omnes circa cultum Divinum fructus in Sacello Einsidensi à tempore Divinæ consecrationis ipsius perceptos, esse omnino conformes veræ & Orthodoxæ infide, ac Verbo Dei fundatæ

tæ

tæ Doctrinæ, atque adeò Sacelli Einsid-  
lenſis Conſecrationem habere conſpi-  
cuam & inſallibilem Divinæ & Ange-  
licæ, non autem diabolicæ apparitionis  
notam.

IV. Divinorum porrò myſteriorum  
veritas vel maximè probatur ex mira-  
culis, adeò, ut Sanctus Auguſtinus *lib.*  
*de utilit. credendi, cap. 17. & lib. contra Epif.*  
*fundament. cap. 4.* dixerit, ſe teneri in  
Eccleſiâ vinculis miraculorum. Quâ  
equidem veritatis Divinæ certâ & in-  
fallibili notâ Deus nunquàm defrauda-  
vit Eccleſiam ſuam, ita ut Centuriato-  
res quoque Magdeburgenſes in ſuis hi-  
ſtoriæ Eccleſiaſticæ Centurijs *cap. 13. de*  
*undecim primis ſæculis* fateantur, Au-  
thores illorum temporum adſtruere  
miracula in Dogmatum noſtrorum,  
ſpeciatiim Confeſſionis Sacramentalis,  
Reliquiarum, Imaginum, Eucharitiæ,  
Pontificatûs, Monachatûs, invocatio-  
nis Sanctorum confirmatiõẽ pro ſin-  
gulis illis ſæculis. At frequentiffima ex  
Sa-

Sacello Einsidlensi, ubi Dogmata ista coluntur, haberi miracula, videre licet in Patris Pauli Betschart *D. Thaumaturgâ.* & P. Conradi Hunger *Chronico Einsidlens.* An non igitur ex hoc etiam capite Divina illa Sacelli Einsidlensis Consecratio habet infallibilem veritatis notam. Sed de hoc fufius infra *Dissert. 21. & seqq.*

## DISSERTATIO IX.

*An fide Divinâ seu Theologicâ constare possit, apparitionem, sub quâ Sacellum Einsidlense consecratum fuit, fuisse Divinam, non verò humanam, vel dæmonicam?*

I. **M**iror Heideggerum quoad hoc punctum nihil movisse adversus Theologicos Augustini Reding Discursus de Augustissimo Virginis Deiparæ Divinitus Consecrato Sacello Einsidlensi publicæ luci donatos, & aliàs ab illo Tigurino Doctore sapius impugnatos. Quæ causa est, ut ipsum ad aliquod Theologico-Scholasticum certamen